



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Prooemium causam finalem dispositionis indicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quacunqꝛ penſiones annuas, quæ etiam tranſeant ad ſucceſſores, in eis reſervare, concedere, conſtituere, & aſſignare, & quod altero decedente, ſuperſtes in illius poſſeſſione ſuccedat, indulgere poteſt, ut in Bullar. Pij. IV. cap. 24. incipien. *circuſpecta Romani Pontificis pag. 667 poſt. 4^o med. verſ. & tam Magiſtro † videtur,* quod comprehendantur verbis expreſſis, beneficia commendata regularium militiarum, etiam electiva, & manualia, eod. §. *nec hoc malum, & §. cæterum.* quod puto verum, quoad reſignationes beneficiorum, quæ extra conventum, etiam apud Sedem Apoſtolicam admittantur, quia tunc, cùm convenient verba conſtitutionis intrat illius diſpoſitio, l. 4. §. *toties, ff. de dam. infect.* & cum comprehendat etiam S. R. E. Cardinales, qui dignitate, favoribus, & privilegiis præcellunt multò magis inferiores, quia ubicunqꝛ eſt eadem ratio, vel æquitas, eadem eſſe debet juris diſpoſitio, l. *illud, ff. ad leg. Aquil.* & l. à Titio ff. de verb. oblig.

41 Sed in commendis, † quæ in conventu reſignantur, & ut vocabulo conventus utar, ſmutiuntur, ut in ſtabil. ejuſdem religionis, cap. *ſtatuiſmus, de com. & cap. motio, de verb. ſignif.* quia illius vacatio inducitur in lingua, id eſt in natione, cap. 43 *linguas, eod. tit. & d. cap. morio,* & ibi, per Magnum Magiſtrum, & conventum dumtaxat reſignationes admittantur, cap. *ſtatuiſmus, quod nullus, & cap. præter id, eod. rit. de com.* & ſecuta vacatione de commendis ab eodem Magno Magiſtro, & conventu provideatur, cap. *ſtatuiſmus, ut ſtatim, eod. tit.* non requiritur publicatio, quia, licet regulariter publicatio omnium beneficiorum reſignatorum, etiam militia-

rum, & conſiſtorialium fieri debeat, fallit tamen regula, quando beneficia conſiſtorialia in conſiſtorio reſignantur, ut in d. §. *cæterum ibi,* extra tamen dictum conſiſtorium admittantur, & eſt ratio, quia reſnanciatio facta in conſiſtorio in præſentia Principis ſatis dicitur publicata, ut trad. Gomel. in qu. 5 ſupracitata.

Ideo pari modo dicuntur publicatæ reſignationes factæ in manibus Magni Magiſtri, & conventus, qui fiunt in concilio præſentibus fratribus illius linguæ, cujus commenda eſt, de quorum intereſſe agitur, & cum linguarum congregatio in concilio fiat cum præſentia priorum linguæ, ut in eisd. *ſtabil. in c. quoniam plerumque c. ut liberius, & c. quia bonum, de concil.* & expediantur de ſuper Bullæ ſub plumbo, ut in cap. *ad liberationem, eo. rit.* publicatioque reſignationum fuerit iaducta tantummodo ad evitandas clandestinas, & fraudulentas reſignationes, ut in Bull. Pij. V. c. 182. incip. *Sanctiſſimus, in præm. & ead. 42 conſt. Greg. XIII. etiam in præmio,* † quod cauſam finalem diſpoſitionis indicat l. *ſin.* & ibi Bart. nu. 3 ff. *de hered. inſtit.* & Paſſ. conſ. 6. n. 24. vol. 4. ceſſante cauſa conſtitutionis, ceſſat conſtitutio, c. *neophytus,* cum gl. in ver. *cauſa. 6. d. diſt. & c. quod pro remedio,* & ibi gl. in ver. *ceſſante 17. q. 7.* † proit, ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus, c. *cum ceſſante, in princ. & ibi Abb. n. 2. de appell. gl. in c. poſt translationem, in verb. ceſſante extra de renun. gl. in ver. non coheret, in l. cum tale, §. ſalſam cauſam ff. de cond. & idem Bart. in l. demonſtr. num. 18 ff. eo rit. & in aul. de nup. & ſiqui verò, nu. 1.*

Cauſa finalis dictæ conſtitutionis in reſignationibus in manibus Magni Magiſtri, & conventus factis, nec appellari poteſt, quan-